

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Philippi Phinellæ De Revolvtionibvs Annorvm

Phinella, Philippus

Antverpia, 1650

Proloqvivm.

urn:nbn:de:gbv:45:1-3564

PROLOQVIVM.



Euolutio diffiniti potest, quod sit reuocatio Solis
in signum, gradus, minutos, in quibus sicut erat
tempore quo primum Natus anhelitus rece-
pit. Et posito quod in eius Genesi Sol in geni-
tura radice reperiatur in signo Piscis obtinēs
gradum 17. & 10. min. illius signi; ipsi gradus, &
minuti exquiri debent in dicto signo, interio-
rem partem cum Superiori accipiendo, & tē-
poris differentia inter motum inferiorem, &
Superiorem inuenta, quot minutorum numero distabit videndū est:
Deinde ingreditur in tabulas reuolutionum, & ibi vestram afformādo,
reperiens minutorum numerum, & ab eis acupietis horas, minutos
& secūdos post meridiem; cum quibus absq; errore erigi potēt genitura
reuolutionis. De hoc abundantanter suis locis loquetur, & demonstra-
buntur itidem indicationes, & effēctus Planetarum inter se mutuo-
rum, in qualibet duodecim domorum; & quid vñus in alterius Pla-
netarū loco influat. Traetabitur etiam de duodecim signis Cœlestibus,
de acutionibus, & diminutionibus in ascendentibus, & de proprieta-
tibus, & eorum significatis in 12. domibus Zodiaci. Sermocinabitur
etiam de 12. domibus cœlestis spheræ, & quæ beneficæ quæne male-
fice sint: Denique differetur, quid portendat quispiam septem Pla-
netarum, quādo erit Dominus anni, & reuolutionis; quidque quilibet
illorum indicabit cum in eorum proprijs domibus estiterint.

A. R. G. H. DE

2. De Reuolutionibus Annorum.

De Modo conficiendi reuolutiones
Annales.

Caput primum.



Vndamentalis basis, à qua reuolutio verè efformata depèdet, est certa, & verificata genitura. Deinde inspic edum est in quò signo, & gradu reperitus Sol tempore sua Natiuitatis, & ut faciliora reddamus documenta, exemplis vitemus sic annuendo. Adeò Natiuitas in anno 1585.8. Martij, die Veneris hora 12. & 20. min. Horologi Italici, qua secundum computum Astrologicum fuit die 7. di. t. mensis hora 18. & 2. m. post mer. In formandis reuolutionibus annalibus hic modus tenendus est.

Primum in unaquaq; reuolutione cuiusvis anni reduci debet Sol in proprios gradus, & minutos, in quibus tempore natiuitatis reperiebatur, & cum genitura fuisset die 7. Martij 1585. hora 18. & 2. min. post mer. Sol erat in signo Piscis cum gradibus 17. & 10. min. si v. g. velleatis facere reuolutionem huius natiuitatis in anno 1649. ingrediendum erit in Ephemeridem, & quereretur Sol in signo Piscis, eoq; reperto, quæretis gradus viciniores, & propinquiores gradibus 17. & 6. min. Martij 1649. Solem inuenietis in Pisco cum gradibus 16. & min. 26. Videte in 7. di. t. mensis, & erit in grad. 17. & m. 26. scilicet partem reperiens differentiam 24. horarum esse 60. min.

Sextus dies Martis 1649. erit in grad. 16. & min. 26. perueniendi gratia ad gradus 17. & min. 10. in quibus fuit prima radix, 44. minuti desiderantur, qui in horis 17. & min. 36. conficiuntur habita proportione à motu Solis procedentis 60. min. in 24. horis.

Introite in tabulam proportionalem Motus Solis, quæ tabula cōtinet iſſe sex columnellas, quarum prima est min. 57. secunda min. 58. tertia min. 59. quarta min. 60. quinta min. 61. & sexta min. 62. cau-

ſa.